 incrementum & detrimentum facit. & dies & nox instatu suo non perseverat; Res enim quae
 tempori & aetati subiecta est. mutabilis semper est. Hinc ergo tempori. christus mortuus est.
 dum excessit ex corpore. Ubi autem tempus & aetas. ubi non solum uiuit. sed & uictor tempus est.
Hinc uoluit affectum saluatoris erga nos commendare. cum dicit.

Ut sciamus & gloriam nobis adquiret. Itaque spiritum sanctum mortuus est.

U. re iusto quis moritur. Xpi. au. pro impiis mortuus est. Si enim pro iusto uice
aliquis moritur. pro impiis quomodo potest fieri. ut quis moriatur. Et si
bono uno forte audeat quis mori. aut forte non audeat. quia utrumque
difficile esse significat. Quem admodum uideri potest. ut audeat aliquis
pro multorum impietate mori. Si quis enim pro iusto aut bono. forte au
deat mori. misericordie quadam inlectus. aut affectu bonorum operum eius.
Pro impiis uero non solum quod si audeat mori de est. sed & quod in lacrimis
uocet. Xpi. au. mortuus est. pro impietate populi. adhuc non sui. ut omnia
quae mundus diffidit. faceret. credibilia. Quos gradus fecit. iusti & boni.
Quia iustus & iustus. bonus dicendus sit. tamen genera ista posuit. iustitiam in exerci
tio significans. bonum uero natura. qui simplicitate innocens dicitur. Unde
quam uis melioris merita sit. quantum ad istum locum pertinet. iustus qui bonus.
I. amen pro bono inquit forte aliquis audeat mori. Ut quia miserabilior causa
innocentia est. ad hoc cogi forte aliquem posse significat. Denique optant
parentes pro infantibus. bonus filius mori. Non dicunt uxores. pro bonis maritis. Non
si uelimus de bono & iusto proponere. aliquando meliorem iustitiam deprehendimus.
aliquando proponendum bonum. Si enim iuxta dei legem qui iustus est. melior bono
est. sed illo qui nec dum seculum laborauit. ut amplifietur se bonus. Et recreatio
enim bonum naturae suae. iustus meliorauit. Si uero iuxta mundum fuerit iustus
proponit illi bonus propter innocentiam. quia huiusmodi non est sine impietate iusti
tia. Itaque omnis natura. bona est. iustitia autem legis dei. fructus compensans naturae.
I. deo quae iustitia bonitas est. Unde iusti semper appellantur & boni. Non tamen semper boni
iusti. Quia non propter opera uocantur boni. sed propter innocentiam. iustitia enim
perfecta est bonitas. dum ex parte operum naturae suae bonum. Commendat autem
sua caritatem dei uinobis. Sic committit caritatem suam. dum adhuc inimicis bene
uolus est. & mittit salutem eos. cum utique non mererentur. Quia sic adhuc pecca
tores committunt. xpi. pro nobis mortuus est. multo magis iustifietur nunc in sanguine
ne ipsius. saluati sumus ab ira per ipsum. Hoc dicit. quia si peccatoribus filium
suum dei occidi permisit. quid faceret pro iustifietur misericorditer cor ab ira. id est tunc illos pro

tet ab inlusionē diaboli ut securi sint in die iudicii cum coeperit per fidos ultio
 de uastare. Quo enim bonitas di. nullum perire ault. Mor te dignis mise
 ricordiam dedit. Ut intellegentib; di gratiam eius. adderet dignitatem
 et gloriam; Ingrati hi sunt. qui dō uocante dissentiunt. di gratiam abnuentes ut
 inposito et roris et malignitatis per manent; Sicut enim cum inimici essemus
 reconciliati sumus dō per mortem filii eius. multo magis reconciliati saluati erimus
 in uita ipsius; Manifestum ē. quia ut si reconciliaret nos sibi dē. filium suum
 mortuū dedit. quanto magis reconciliatos saluos faciet in uita ipsius; Sicut
 mors saluatoris profuit nobis. quanto magis uita ipsius. cum resurgit amor
 tuus. quia sicut mors eius ad diabolo nos eruit. ita uita eius dedit iudicium nos libe
 ratur; Non solum autem hoc. sed et gloriamur in dō per dñm nr̄m ih̄m xp̄m
 per quem nunc reconciliationem accepimus; Non tantum pro accepta
 salute et securitate. dō gratias agendas docet. sed et glorandum per ih̄m
 xp̄m in dō qui dignatus ē filios suo arbitro ex impis & inimicis dici nos suos a
 micos; Ut omnia beneficia per xp̄m consecutos nos gaudemus; ut quia per
 ipsum cognouimus dñm gloriamur in eo. reddamus ei honorificentiam parē
 dō patri; Ipse sibi idoneo refit predicante ut honorificent inquit filium
 sicut honorificant patrem; Post dī ergo patris p̄ uidentiam & donum quod
 dedit p̄ xp̄m. ut per sonam filii nobis gratiam faceret. quia per unum xp̄m
 redempti sumus ab uno dō patre. adiecit; Propter ea sicut primum homi
 nem peccatum in hunc mundum intrauit. & per peccatum mors. sic
 et in omnes homines per transit. in quo omnes peccauerunt; Quo superius
 dī gratiam per xp̄m datam ostendit. secundum ordinem ueritatis; Nunc
 ipsi ordinem unius dī patris. per unum xp̄m filium eius declarat. ut quia
 ad unum unius. id est. x̄ia & ipsa eadem ad unē. peccauit in omnib; ita unius
 xps filius dī. peccatum uicit in omnibus; et quia oppositam gratiam dī erga
 genus humanum ostendit. ut ipsa primordia peccata ostenderet et ab adam coe
 pit. qui primum peccauit. Ut quia prouidentia unius dī. per unum re for
 mase doceret. quod per unum fuerat lapsion & tractum in morte hic

5

5

5

5

5

5



ergo unus est per quem saluati hanc illi reuerentiam quam deo patri debemus si
solum uolente; dicit enim idem alio loco. qui in his seruit xpo placet do. Cum
scriptum est. dnm dnm tuum adorabis & illi soli ser uies. Si ergo solo ser ui
endum dicit. et xpo ser uire precepit. In unitate di est. xps. nec dispar aut al
ter di. quando cum solo ser uendum lex commonet. xpo ser uens. do
placere dicatur; Igitur sicut per unum hominem peccatum in hunc mun
dum intrauit. et per peccatum mors. ita et per unum xpm damnatio pecca
ti et mors peccati prestans uitam aeternam; quod inferius delectat.
in quo. id est in adam omnes peccauerunt. ideo dixit in quo. cum de muliere
loquatur. quia ad speciem non retulit sed ad genus; Manifestum itaque est in adam
omnes peccasse quasi in massa; ipse enim per peccatum corruptus quos genuit. om
nifant sub peccato; Ex eo igitur auctores peccatores quia ex ipso sumus om
nes; hic enim beneficium di perdidit dum pre uaricauit. Indignus factus sedere
de arbore uitae ut non moreretur; Mors autem dissolutio corporis est. cum anima
a corpore separatur; Est & alia mors. quae secunda dicitur in gehenna. quae
non peccato cadat patimur. sed eius occasione propter peccatum adquiritur; de
quae boni immunes sunt. tantum quod in inferno erant. Sed superioris quasi
in libera qui ad celos ascendere non poterant. sententia enim tenebantur
data in adam; quod est rographum decreti morte xpi delectum est; Senten
tia autem decreti ut unusquisque hominis corpus solueretur super ter
ram. anima uero uinculis inferni detenta exitu pareretur; Usque ad legem
enim peccatum erat in hoc mundo. Peccatum autem non imputabatur. cum lex
non esset; In adam omnes dicit peccasse sicut supra memorauimus. & usque ad legem
datam non imputatum est peccatum; Putabant enim se homines apud dm
impune peccare. sed non apud homines; Nec enim naturalis lex penitus
obtor pueris. quia non ignorabant. quia quod pati uolebant. alius
facere non debebant; Nam usque ad deo. non ignotum fuit peccatum inter
homines. ut iacob. cum idola sua apud illum quereret socer eius laban
in quo inuentum fuisset furtum. morte dignum iudicaret; & ioseph

quamuis per caelum niam. tamen quasi reus clausus in carcere est;
 et pistor & pincer naphraonis ob delictum similiter passifunt; et mor-
 ses occiso egyptio ad territus lege fugit; quomodo ergo non imputabu-
 tur peccatum cum lex non esset. aut quomodo iudicabatur nisi lex
 sciretur. Lex naturalis semper e. nec ignorabatur aliquando. sed
 putabatur ad tempus tantum auctoritate habere. non & reos apud
 dm facere; Ignorabatur enim quia iudicatur us est ds genus humanum;
 Ne per hoc non imputabatur peccatum quasi peccatum e & apud dm. Ineu-
 riosum dm asserentes; At ubi aut lex data e per moisen manifestatum e
 curare dm res humanas. et non in punire futurum his qui male facientes qua-
 cumq; ex causa in presenti euadunt; Nam utiq; sunt rase magistra
 iustitia uel natura peccata non in uita censebant. quanto magis dm
 hec quem mundi sciebant opificem requisitum non debuerant ig-
 norare: quippe cum sodoma et gomorra pignem ad iudicata sint de-
 perire. quod obliuio quidem texerat. moises aut ut firmaret dm
 iudicem fore scribendo manifestauit; Sed cum preter misso do. figmen-
 ta coeperunt in honorem di recipere. deprauatim mente partem legis na-
 turalis quae prima e calcauerunt quia lex naturalis tres habet partes;
 cuius prima haec e. ut agnitus honor eius creator. nec eius claritas et maiestas
 alicui de creaturis deputetur; secunda aut pars e moralis hoc est ut bene ui-
 uatur modestia gubernante; Congruit enim homini habenti notitiam
 creatoris uitam suam lege frenare. ne frustretur agnitio; Tertia uero pars
 e docilis ut notitia creatoris di et exemplum morum ceteris tradatur. ut
 discant quem admodum apud creatorem meritum collocatur; haec est
 uera & xpiana prudentia; Sed regnauit mors ab adam usq; ad moisen;
 Quo non imputabatur peccatum ante quam lex daretur p moisen sicut dixi;
 ipsa usurpationis impunitate regnabat mors. sciens sibi illos deuotos; Reg-
 nabat ergo mors securitate dominationis suae. tam in hos qui ad tempus eua-
 debant. quam in istos qui & iam hic poenas dabant p malis operibus suis;

nota

55

Omnes enim suos esse uidebat. quia qui facit peccatum. seruus est peccati.
Impune enim cedere putantes. magis delinquebant. circa hec peccata promp-
tiores. que mundus quasi licita nutrebat. quo facto. gaudebat satanas secu-
rus quod causa adae relictum ad hominem. in possessionem habebat.
Regnauit ergo mors in eos qui non peccauerunt in similitudinem preuarica-
tionis adae. que est forma futuri. quod in subiectis monstrabimus. Itaque non
in omnes mortem regnasse manifestum est. quia non peccauerunt omnes
in similitudine preuaricationis adae. id est non omnes contempto deo pecca-
uerunt. quia aut sunt qui contempto deo peccauerunt. nisi qui neglecto cre-
atore. seruierunt creature. deos sibi constituentibus. quos colerent ad miran-
dum. Nam & tharapater abrahe et nachor. et laban proprios deos sibi uendi-
cabant. Et peccatum adae non longe est ab idolatria. Preuaricauit enim
putans se hominem futurum deum. Nesti mabit enim hoc magis profuturum quod
diabolus suaserit quam quod dei iussit. in loco dei diabolum statuens. unde & sub-
iectus est diabolo. similiter & hec transgressio deo. dum creature seruunt. peccant simili-
modo. non idem quia simili modo solet habere aliquid dissimile. Nec enim potest dici
quia & hi preceptum acceperunt non edendi de arbore sicut adam. fuerunt qui
peccauerunt non precepto deo sed in lege naturali. qui enim intellexit iu-
dicio naturali siue extraduce et ueneratus est deum. nulli honorificentiam
nominis ac maiestatis eius impertiens si peccauit quia impossibile est non pecca-
re. sub deo peccauit non in deum quem iudicem sensit. led eo quod in huiusmodi mors
non regnauit. In hos autem sicut dixi regnauit. qui sub specie idolorum. seruierunt
diabolo. propterea quod lex in auctoritate non erat promulgata. iudicem deum
presentare nequauerunt. Maxima cum pars mundi deum fore et iudicem
ignorabat. pro pauci autem in quos non regnauit mors. In quos autem regnauit. post
istam mortem que prima dicitur. a secunda excepti sunt ad poenam et per-
ditio nem futuram. In quos autem non regnauit. quia non peccauerunt
in similitudinem preuaricationis adae. sub spe referuntur aduentu
saluatoris in libera sicut legitur de abraham. Quia quamuis apud inferos

fuerit discretus tamen longo inter uallo. ita ut chaos sit ingens inter iustos et pec-
 catores. quanto magis inter impios. ut iustus est refrigerium et peccatoribus. aer fluit.
 Impius uero ardor. ut ante iudicium qui d unus quisq; dignus esset non latere et;
 ac per hoc ergo regnabat in eos mors quia uidebat opera subtilitatis suae. et perfecisse
 eis ad poenam quasi inimicis. Non enim latuit illum ad hoc factum hominem
 in mundo ut imperium unius dei predicaret. a quo preuaricatus est satanas ac si
 in greco non ita cautum dicatur. sic enim dicitur scriptum. Quia in eos regnat
 semper mors qui non peccauerunt in similitudinem preuaricationis adae. Totum
 enim hic complexus uidetur. ut quia mors. id est dissolutio per inuicem facta est
 diaboli. Et in eos qui non peccauerunt regnat semper mors. moriuntur enim quod uo-
 luit satanae; quod si uerum esset non oportuit dici. regnauit mors ab adam usq; ad mor-
 sen. si ab initio usq; ad finem regnat in omnes. aut forte gradus fecit. ut ab adam
 usq; ad morsem regnauerit. & a morse usq; ad xpm. xpo uero usq; ad finem. ad
 quam utilitatem haec locutio proficeret cum nec sic locutus probetur. Dixit enim. ab ada
 regnauit mors usq; ad morsem propter quod lex non erat manifesta. ut data le-
 ge sub auctoritate eius uiuerent. scientes quid cauerent. nec regnaret in eos mors;
 legitur qui ante legem hoc seruauit. natura ducit quod postea lex mandauit. nu-
 quid potest dici quia mors regnauit in eum. Nam uide quid de eo scriptum sit;
 Peccatum inquit non imputabatur cum lex non esset. & adiecit. sed regnauit
 mors ab adam usq; ad morsem. eoque tempore quo lex non erat. et conuenit
 ut quia antequam lex daretur mors regnauit. In eos regnasse dicitur qui pec-
 cauerunt in similitudinem preuaricationis adae. sicut supra memorauimus;
 sicut enim post datam legem qui fornicationi aut idolis seruauerunt
 contempnentes legislatorem. regnauit in eos mors. ita & ante legem qui
 sensum legis praesenserunt honorificantes auctorem eius. non uitiq; regnauit
 in eos mors; propter ea enim regnasse dicitur quia cognitio unius dei euane-
 rat inter eos; deniq; sic coepit data lex. Ego sum inquit dominus deus tuus qui edu-
 xit te de egypto de domo seruitutis; non erunt tibi dii alii preter me. & non
 facies tibi idolum neq; ullam similitudinem; data igitur lex. ne mors

regnaret. ut ab olis peccatis prioribus; unde obsecundaret genus humanum;
Unde alio loco dicit idem apostolus; non regnet peccatum in uero mortali corpo-
re ut ob hoc dicitur; quod dicto ostendit & iam nunc regnare mortem. si lex con-
tempnatur; quod enim regnum mortis nisi cum sit uoluntas eius. dum
imperat ad pernetiem oboedientis. cuius imperu uoluntas. caput est idola-
tria; Et tamen sic scribitur nobis de grecis codicibus; quasi non ipsi ab inuicem
discrepent quod facit studium contentionis; quia enim propria quis aucto-
ritate ut non potest ad uictoriam uerba legis dicitur ut non ratio. sed aucto-
ritas prescribere uideatur; constat autem quosdam latinos. porro olim de ue-
teribus; grecis translatis codicibus; quos in corruptos simplicitas temporum
seruauit & probat; postquam autem a concordia animis dissidentibus; et hereti-
cis perturbantibus; torquenti questiones coeperunt. multa inmutata sunt
ad sensum humanum ut hoc contineretur in literis quod homini uideretur;
Unde & ipsi greci diuersos codices habent; hoc autem uerum arbitror quando
& ratio et historia & auctoritas obseruatur; Nam hodie que in latinis reprehendun-
tur codicibus; sic inueniuntur a ueteribus; posita. tertulliano. uictorino et cipria-
no. Primum enim in iudea coepit destrui regnum mortis quia notus in iudea
dicitur. nunc autem in omnibus gentibus cotidie destruitur. dum magna ex parte ex
filiis diaboli fiunt filii dei; itaque non in omnes regnauit mors. sed in eos qui pec-
cauerunt in similitudinem preuaricationis adae sicut supra memorauimus. Ad
autem ideo forma future. quia iam tunc in misterio decreuit deus. punire
christum emendare. quod per unum adam peccatum erat. sicut dicit in apoca-
lipsi iohannis apostoli; Agnus inquit qui occisus est a constitutione mundi
denique subiectus; sed non sicut delictum. tamen & donum. Propter quod enim for-
mam esse dixit unius christi unum adam. ne & causa adae talem significasse pu-
taretur qualis & christus est. ait sed non sicut delictum tamen & donum. quia in eo
tantum forma adam christi est. quia quod unus peccauit. unus emendauit;
Si enim in unius delicto multi mortui sunt. multo magis gratia dei & donum in
gratia unius hominis ihesu christi in plures abundauit; Hoc est si delicto unius
ad alios tetat. ut sensum suum quasi uerba legis

multi mortui sunt imitantes preuaricationem eius: magis gratia dei et donum in plu-
 res abundauit confugientes ad se: Plures enim gratiam consequuntur: quam mortui
 sunt delicto adae: unde manifestum est non de hac morte que omnibus communis
 est significasse: quia omnes omnino moriuntur: et non tamen omnes gratiam
 consequuntur: Neque mortem in omnes regnasse: sed in eos quid delicto adae mor-
 tui sunt significatur: Quos in similitudine adae preuaricationis dicit peccas-
 se: huiusmodi quos dicit unius delicto multos mortuos: Gratia autem dei in plures abun-
 dante: quia & huiusmodi delicto adae mortui dicuntur similiter peccantes et in his
 qui non peccauerunt: In hac adae preuaricationis similitudine: Pater noster
 peccato ex di sententia erant apud inferos: gratia dei abundauit in discensu sal-
 uatoris omnibus: datus indulgentiam cum triumpho sublatus in celum: Et non
 sicut per unum peccantem: ita & donum: Nam iudicium quidem ex uno in condem-
 nationem: donum autem ex multis delictis in iustificationem: Manifeste diuersum
 est quia uno adae peccato condemnati sunt qui in similitudine preuaricatio-
 nis eius peccauerunt: Gratia uero dei per xpm non ex uno delicto sed ex multis
 iustificauit homines dando illis remissionem peccatorum: hoc & magnificenti-
 am pietatis dei & xpi loquitur: Ut cum delicto adae multi tenentur a morte
 secunda in infero inferiori: Donum tamen gratiae dei cum iustum est & plerumque
 non solum ignoscit illis: sed et iustificat: Sicut unius delicto mors regnauit per
 unum: multo magis abundantiam gratiae & iustitiae accipientes in uita reg-
 nabunt per unum ihm xpm: Contuendum est unum esse sensum & in nullo differre:
 Mortem enim dicit regnasse: non regnare: Quia qui intellexerunt plegem fu-
 turum iudicium dei: sublatis sunt de eius imperio: Regnauit autem quia sine mani-
 festatione legis: timor dei in terris non erat: Superior ergo sensus est: ut quia mors
 regnauit ab adam usque ad morsem: in eos qui peccauerunt in similitudinem pre-
 uaricationis adae: Multo magis gratia regnet & abundantia doni dei in uita
 per unum ihm xpm: Sicut mors regnauit: quare non magis gratia regnet:
 quae multo plures iustificat quam huiusmodi in quos regnauit mors: Quanto
 magis gratia regnet & danda: quae confert uitam per xpm: Igitur sicut per

unius delictum omnes homines in eadem nationem sic & per unius iustitiam
omnes homines in iustificationem uite; hoc est sicut per unius delictum omnes
condemnationem meruerunt similiter peccatores ita & in iustitia unius omnes
iustificabuntur credentes; Si qui autem condemnationem hanc generalem
et putant similimodo et iustificationem generalem accipient sed non est
uerum quia non omnes credunt; Sicut enim per inobedientiam unius
hominis peccatores constituti sunt plurimi ita & per unius obedientiam ius-
ta constituentur multi; Quos supra omnes dixit hic plures et multos signi-
ficat; plures enim delictum ad se secuti sunt preuaricando non omnes; &
multi iusti constituentur per fidem xpi non omnes; Non ergo in eos regnauit
mors qui non peccauerunt in similitudine preuaricationis adae; Lex autem
subintravit ut abundaret delictum; Potest dici contra non ergo oportuit
et dare legem ne peccata crescerent; si enim ante legem minus peccatum
non opus fuit lex; plane necessaria fuit lex ut ostenderet imputari apud deum
peccata que impune fieri credebantur ut decetero scirent quid curare
deberent; Unde esaias propheta Lex inquit adiutorio data est; Ut quia ipsi
naturae quodam modo inserta sunt iustitiae semina addita lex est cuius aue-
ritate & magisterio ingenium naturale proficeret ad fructum iustitiae fa-
ciendum; sicut enim nati utas interit nisi nutrimenta habeat quibus foras
adoleat ita et naturale iustitiae ingenium nisi habeat quod respiciat &
ueneretur non facile proficit sed egrotat et superuenientibus cedit peccatis; Con-
suetudine enim delinquendi premitur nec crescit instructa & per hoc ex-
tinguitur; prouidenter ergo data est lex sicut testatur propheta sed populus
uetterem consuetudinem sequens multiplicauit peccata. Ipso enim usu
plus coepit peccare quam ante peccauerat; Et sic factum est ut data lege
non minuerentur sed abundarent peccata; Apostolus enim ostendit
quid peruenit data lege non quid lex fecerit; quomodo autem legis ui-
uo crescebant peccata que comminatur ne peccetur sed subintrat
se dicitur ut abundaret peccatum; uerum quia quasi per futuram

trauit et cum humilitate. Postea autem coepit dominari eis quibus prece-
 pit ne peccarent & peccabant; Ostendere enim coepit lex abundantiam
 peccatorum. cum quae inter dixerat plus fiebant quam facta erant;
 igitur hoc modo. ut habundaret delictum data lex est. Commendans enim
 apostolus fidem per quam utique peccata delentur. Legem dixit fecisse ut
 abundarent peccata sicut supra dixi. quia non data est ut abolerentur
 peccata sed ut abundarent. Dum et ante legem peccatores ostendit
 & post legem reos omnes tenuit; **Ubi autem abundauit peccatum super**
abundauit gratia. Manifestum est quia cum abundaret pecca-
 tum super abundauit gratia. dum donum diuinitus ex pmissione. et omnia
 peccata contexit. ut diaboli inuidia nihil se profecisse doleat; quia
 enim cum data est lex ad utilitatem humanam. idcirco diabolus ut su-
 adendo inlicita inuenteret. ut quod profuturum datum erat. in contra-
 rium proficeret. dum mandata contempta sunt. ut non utilitas ex lege
 commendatio gratiae dei. sed iudicium ad uin dictam procederet.
 Tunc iustus atque misericors deus ut gloriam diaboli quam de triumpho
 homine quesierat exinaniret. filium suum uenturum decreuit. qui
 omnia peccata donaret. Ut maior fieret letitia ex dono gratiae. quam
 fuerat luctus ex peccato; Gaudium enim doni diuinitus letitia his profecit.
 de quibus triumphare non potuit satanas; Idcirco super abundauit gra-
 tia super peccatum quod suauis satanas; Ut quem admodum reg-
 nauit peccatum in mortem. ita & gratia regnet per iustitiam in uitam
 aeternam per ihesum christum dominum nostrum; Peccatum regnauit uidendo opus
 suum peccantibus in mortem proficere. in qua gloriabatur. Simili modo
 ut et gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam per ihesum christum dominum
 nostrum. Ut sicut per adam coeptum peccatum regnauit. sic & per ihesum gratia;
 Sicut regnat gratia per iustitiam. si accepta remissione peccatorum iustitia
 sequimur. ut uidentis gratiam fructum se habere in bonis quos redemit.
 regnet in uita aeterna. sciens nos futuros aeternos; Super abunda-

ergo gratia quia peccatum ad tempus regnavit. gratia aut in aeternum; Di enim
regnum est. gratia regnavit. sicut diaboli regnum erat peccato regnante; Totum
tamen ad xpm refertur ut omnis gratia di xpo discatur; Ad superiorum igitur
sensum respondet dicens; Quid ergo dicemus. permanebimus in peccato. ut gra-
tia abundet. absit; Hoc est. num quid semper peccandum est. ut donum di abun-
det. ut regni nra peccata. ut semp remissionem peccatorum sperantes. quia di
pius est. xpi gratiam preferamus. non utiq; Ideo enim nri misertus est. di per
xpm. ut decetero non peccantes. et meritum nobis. & di gratiam in nos reg-
nare faciamus; Aufert enim regnum gratiae di et tradit peccato. qui rursum
redit ad veterem hominem. hoc ^{est} ad vitam praeteritam; Duabus enim ex
causis. misericordiam accepimus. ut & diaboli regnum excluderetur. & di
imperium ignorantibus; predicaretur. per hoc ipsum dignitate nobis quaesita;
Quem mortuum sumus peccato. quomodo adhuc vivemus in illo; Hoc di-
cit; quo viventes peccato. mortui eramus apud dm; Qui peccat enim. ut
ut peccato. sicut qui non peccat. vivit do; Superveniente enim gratia di
per xpm. & nos per fidem lavacro spirituali regenerante. coepimus vivere do.
mortui est peccato qui est diabolus; hoc est tamen mori peccato. liberari a pec-
cato. fieri aut servidi; Itaq; mortui iam peccato. non redeamus ad mala
pristina. nec iterum vivamus peccato. et morientes do. amissa dignitate.
poenam quam evasimus incurramus; An ignoratis. quia quicumq; bap-
tizati sumus in xpo ihu. in morte ipsius baptizati sumus. hoc dicit. ut scia-
mus baptizati nos iam non debere peccare. quia cum baptizamur. com-
moriamur xpo. hoc est in morte ei baptizari; Illic enim omnia peccata nra moriun-
tur. ut innovati deposita morte. resurgere valeamus ad vitam renati. At quo
modo xps mortuus peccato resurrexit. ita & nos per baptismum. spem resurrecti-
onis habeamus; Baptismum itaq; mors peccati est. ut alia sequatur natiuitas
quae corporis manente. compage hominum mentes innovat. sepulta omnium
malorum vetustate; Consepulta enim sumus cum illo per baptismum in
morte. ut quem admodum xps resurrexit a mortuis per virtutem patris

tunc nos in nouitate uite eius ambulemus; hec dicens & iam istud significat
 quod primum est. quia xps corpus suum a mortuis excitauit; Ipse enim uir-
 tus est di patris sicut dicit; Soluite templum hoc. & ego in tribus diebus
 excitabo illud. Hoc aut dicebat de templo corporis sui. & quia resurrexit
 in nouam uitam que iam mori nesciat; Noua aut dicitur quia xpo
 datae que e disciplina xpiana. Nos aut baptizati. consepulti sumus xpo. ut
 de cetero hanc uitam sequamur. In qua xps resurrexit; Baptisimum itaq;
 resurrectionis pignus est et imago. ut iam in preceptis xpi manentes ad prece-
 rta denuo reuoluamur; Qui enim moritur. iam non peccat; mors enim. finis
 peccati est; Nam ideo per aquam celebratur. ut sicut aqua sordes corporis ab-
 luit. ita nos per baptismum ab omni peccato. spiritualiter purgatos nos & in-
 nouatos credamus. ut quod in corpore est. inuisibiliter abluatur; Si enim
 conplantati facti sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis erimus;
 Tunc nos feliciter dicat posse resurgere. si similitudini mortis eius fuerimus
 conplantati; Id est si in baptismo omnia uitia deponentes. In uitam nouam trans-
 lati de cetero non peccemus; Per quod simul & resurrectionis illius simile erimus;
 Similitudo enim mortis. similem prestabit resurrectionem; Quod in epistola
 sua iohannes apostolus memorat dicens; Scimus cum aparuerit. similem eri-
 mus. Hoc e in mortalem & gloriosum resurgere; Nec enim hec erit similitudo
 ut nihil distet quia similis erit in corpore gloria non in diuinitatis natura. Scien-
 tes hoc quia uetus homo noscitur simul crucifigens. ut destruat corpus
 peccati. ut ultra non seruiamus peccato; Multa in necit et iter-
 rat. ut baptizatos doceat iam non debere peccare; Maxime ne ad
 idolatria reuertantur; Grauisimum enim crimen et caput totius er-
 roris e. ne perdat gratiam acceptam a do p xpm; Hominem ergo ueterem ac-
 tus preteritos dicit. quia sicut nouus homo p fidem & puram uitam dicitur
 ita & uetus homo p diffidentiam et malos actus; hos actus. crucifigens dicit
 id est mortuos ut corpus destruat peccati quod e cuncta crimina; Oma-
 enim peccata simul corpus appellat. quod destrui dicit p bonam uitam

8 & fidem catholicam; Stant mortui sanus cum xpo credimus & cum quod simul cum
8 illo uiuimus; Manifestum est hos qui carnem crucifixerunt. id est mundum cum u
8 tibus & concupiscentiis. morti mundo. & con mori xpo; Aeterne quoque uite ac saluta
8 ri commaginari ut glorie xpi similes effici mereantur; Caro uero. id est corpus sic
8 crucifigitur. si desideria ei calcantur; Que manente in ea peccato creantur. ex
8 p uariatione primi hominis coepta; Incarne enim. diabolus crucifigitur;
8 ipse enim qui fallit per carnem; Caro ergo. aliquando mundus. hoc est elemen
8 ta. aliquando uero corpus hominis intellegitur. uel ipsa anima sequens cor
8 porta uitae; Sciens quod xps surgens a mortuis iam non mortuus. mors
8 in eum ultra non dominabitur; quod aut mortuus est peccato. mortuus est
8 semel. quod aut uiuit. uiuit do; Securitatem aeter nitatis. in re sur reccio
8 ne saluatoris ostendit. ad quam uenire contigit. si melioris uite fuerit ac
8 mulatio; Qui enim bene agendo uiuit do. hic uere uiuit quia aeter nam
8 habet uitam; Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato. uiuere aut do
8 in xpo ihu dno nro; Sic loquitur ut doceat non aliter mori posse peccato
8 & do uiuere. quam ut in xpo sit omnis spes quem dnm nrm appellat. ut nihil
8 legis ad salutem proficiat capessendam in futuro seculo. quando non aliter ui
8 uitur do quam per xpm; Non ergo regnet peccatum in uro mortali corpo
8 re ut oboediatis concupiscentiis eius; Mortale corpus est. ex causa preua
8 ricationis adae. Ex fide aut xpi forte creditur immortalis; Ut aut ad p
8 missionem hanc inueniantur. non oboediendum dicit peccato
8 ne regnet peccatum in nro mortali corpore; Stantem non
8 regnat. non ui debetur corpus hoc esse mortale. quia in spe
8 aeter nitatis est; Non propter dissolutionem dixit mortale corpus.
8 sed propter poenam gehenne. ut ille immortalis dicatur. qui in ge
8 hennam ite tendit. Quia qui peccato oboediunt. morte inferni non
8 euadunt. quia saluator in se credentes liberauit; Mortale ergo dicens
8 corpus. totum hominem significauit. quia qui oboediunt peccato.
8 mortales dicuntur; Anima enim inquit qua peccat. ipsa moritur.

id est totus homo. nemo enim sine corpore iudicabitur; Sed neq; exclu-
 betur membra uia arma iniquitatis peccato; ostendit diabolo nos feris nos iaculis
 expugnari; occasio enim datur illi pna peccata. ut deserente nos dō. accep-
 tapotestate. includet nos & mortificet; Ideo membrana ab omni opere in-
 quitatis continere debemus ut uinum eius nr̄. inermis inuentus subiciatur;
 Et non dixit. exhibete corporata. sed membra uia; Membris enim ministris
 oratur non toto corpore; sed exhibete uos dō tamquam ex mortuis ui-
 uentes; Mortem. i. g. no tantum & infidelitatem cum mala uita significat.
 Quia uitaē cognoscere dō p̄xm̄. quia enim nemo sine parente ortum su-
 mit uita. omnia aut ad dō. orta sunt ad uitam p̄xp̄m̄. Idcirco qui n̄ agnoscit
 parentem omnium eē dō p̄xp̄m̄. uitam habere non dicitur. hoc ē. sic ha-
 betur. ac si non sit; Ipse enim semet ipsum eē negat. dum sine parente dō
 eē se putat; itaq; ignorantia & turpis uita morse; Uita enim ista. morte
 adquirunt. non mortem hanc que communis ē omnib; sed mortem ge-
 henne sicut supra memorauit. Ut cognitio parentis dī & scā conuersatio. uita sit.
 Non haec que occasu subiacet. sed illa futuri seculi que uocatur aeterna.
 quam obrem. exhibete uos dō inquit. que cognoscentes. p̄fecistis in salutē
 ut in honeste uite renuntiantes. essetis ex mortuis uiuentes; Et membra
 uia arma iustitiae dō; Uita nos modestia conuersationem nr̄m uult
 gubernare. ut actus nr̄i iustitiae dī p̄ficiantur. non mundane iustitiae.
 Quia mundi iustitia. sine fide ē xp̄i. sine qua non uita. sed morse. arma
 p̄beamus illi. ad defendendos nos. cui cum arma prope bona prebemus
 dignos nos facimus ad uiuendū ab ea. quia iustitia dī indignos despicit;
 Ubi enim iustitia dī fuerit. ibi habitat. sp̄s sc̄s ad ad uiuendū in becilli-
 tatem nr̄am; Sicut enim peccato arma prebemus cum male agimus. ita
 et iustitiae cum recte uersamur. membra custodientes ab omni turba p̄uadi-
 ne; Peccatum aut. uia uia non dominabitur; non enim sub lege estis. sed
 sub gratia; si secundum p̄cepta que dat ambulemus. peccatum nobis
 dicit non posse dominari; His enim dominatur. qui peccant; non enim

ita ambulantes ut precepit sub lege sumus; si uero non peccemus non sumus sub
gratia. si autem peccemus uer timur sub legem & incipiet nri dominari peccatum.
quia qui facit peccatum ser uus e peccati; & necesse e ut sit sub lege. quam diu re
missa non accepit; Peccatum enim. auctore legis. reum facit peccatorem;
A p hoc cui data remissio e. & custodit se ne de cetero peccet. neq; peccatum ei do
minabitur. neq; sub lege e. cessat enim circa eum auctoritas legis qui libera
tus est a peccato; Quos enim reos tenet lex traditi sunt illi a peccato; Qui ergo
peccatis excusati e non potest ee sub lege; Quid ergo. peccabimus quia non su
mus sub lege. sed sub gratia. absit. quo lex ad dō est. ac p hoc ne forte opponere
tur. ipse sibi pposuit; Si dō est inquit lex. cur non debemus ee sub lege. hoc
purgat ac docet cum di uoluntate qui legis auctore. xpo nos liberatos de sub
lege. quam uis enim recte data sit lex. data e enim. ut d rto softenderet apud
dm qui peccauerant ante legem. & timor e e ut de cetero non peccaretur. Sed qui
inbecillitate infirmitatis sue genus humanum a peccatis se imbere n potuit. fac
tum obnoxium mortis inferne. Notus d pietate dementie sue. qua semp hu
mano generi sub uenit. puidit xpm. qua ratione desperatis uis daretur me
dela. ut remissione peccatorum accepta. eruti a lege. quae illos habebat
obnoxios releuati & reparati dō adiuuante. uis a quib; prius sub acti
fuerant repugnarent; Ideoq; non peccabimus quasi legem di sper nonis
sed ipsius di pudentiam secutus sumus xpm; Nescitis quia cui exhibetis uos
ser uos ad obediendum. ser uis estis eius cui oboedistis. siue peccati. siue obed
ditionis ad iustitiam. nunc ne aliter pfitentes. aliter faciamus. & cum di ser
uudicemur. gestis ser uidiaboli inueniamur. Premonet & denuntiat u
nos ser uos ee. cuius uoluntatem explemus operib; et non parum obedim
confiteri dnm. & actib; diabolo famulari; Nam hoc olim d notat & acca
sat dicens; plerq; haec labijs me honorat. cor aut eorum longe est a me;
& dñs ait in euangto; Nemo potest duob; dominis seruire; & in lege dic
tum; vs non in rident. Gratias aut dō quod cum fuisset ser uis peccati
oboedistis ex corde. in eam formam doctrine. in qua traditi estis;

credentes autē in xpo. serui facti sumus iustitiae; eius enim serui dicimur: cui oboe-
dimus; & quia iustum ē oboedire xpo. et ipse enim iustitia ē. et quae prece-
pit iusta sunt. Idcirco dicit seruos nos factos iustitiae. & corde non ex lege.
ut professio nra. animi iudicio p̄matur; Per naturam enim inducti su-
mus ad fidem. non p̄ legem; In qua forma doctrine. di imperio facti su-
mus qui finxit naturam; In natura enim habemus ut agnoscimus. a quo
et p̄ quem. et in quo sumus creati; Formae ergo doctrine. Inquam tra-
didit nos creator naturaliter; hoc ē quod supra dixit, Ip̄ si sibi sunt lex.
dum uident naturae suae et quod credunt. ut quod iudeis lex & p̄phe-
te predicantur de xpo. hoc gentiles ex corde confidunt; Hinc gratias
refert dno. quia cum essemus serui peccati. oboediimus ex corde. cre-
dentes in xpm. ut seruiremus dō non p̄ legem mor̄si. sed per legem natu-
rae; **Humanum dico p̄pter infirmitatem carnis ur̄ae;** dum infirmita-
tatem carnis memorat. minus se significat efficere ab homine quam
dignum ē circa dī culturam; deniq; subinfertur; **Sicut enim exhi-**
buistis membra ur̄a seruire in iniquitate; & iniquitati ad iniquitate
ta nunc exhibet membra ur̄a seruire iustitiae in sanctificationem; ut oc-
casionem nobis auferret timoris accedendi ad fidem: quia quasi impor-
tabilis nobis & aspera uideretur. ea mensura nos dō seruire p̄cepit. quae pri-
us famulabamur diabolo. Cum utiq; p̄pensius debere seruire dō quā dia-
bolo. quippe. cum hic salus. illic damnatio operetur. Medicus tamen
spiritalis non plus a nobis exigit. nedum p̄cepta quasi graua fuge-
rimus. p̄pendentes infirmitatem nram more remus in morte; Un-
de dñs; **Tollite iugum meum super uos. quia suauis ē & onus**
meum leue ē; Cum enim seruessetis peccati. liberi eratis iustitiae;
Quem enim fructum habuistis in illis in quibus; nunc erubescitis.
Nam finis illorum mors ē; Manifestum ē. quia qui liber ē ad dō ser-
uans peccati. Dum peccat enim. recedit ad dō & fit sub peccato; quales
ergo sunt fructus peccati. In quibus; ad discentes bonam uitā confun-

s
s
s
s
s
s
s
s
s

dimur: eo quod dudum turpiter uixerimus & non solum hoc quia & sententia
paganorum turpis & feda e. Maxime quae in frigida inuenta e. In qua nisi fir-
cus inter sit sacramentum mutum e & torpescit religio, Ecce maculis plena liber-
tas et squaloribus obligata: cuius opus turpis mercedem habet: cuius finis mors,
finem dixit exitum uitae & actuum: cui aut mors aut uita succedit; Sed
hoc loco mors duplex: a morte enim ad mortem transit; Hunc uero libe-
rati a peccato: seruati a deo: habetis fructum uitae in seculi fictione: finem
uero uitam aeternam; Hoc e si accepta remissione peccatorum: bono-
rum actuum emuli fuerimus: adquirimus salutem, finem uero habi-
bimus id est exitum: uitam perpetuam; A morte enim hac quam si-
nem dixit transimus ad uitam: quae sine fine e; Nam merces peccati
mors e: quae scilicet peccati mortem dicit: quia peccatum mors; de hoc
qui de cetero abstinent se a peccatis stipendium accipiunt uitam aeter-
nam: quia qui non peccant: alieni sunt: a morte secunda; Gratia aut
di uita aeterna in xpo ihu dno nro; Sicut enim sequentes peccatum adqui-
runt mortem: ita sequentes gratiam di id est fidem xpi quae donat pec-
cata: habebunt uitam aeternam: Ut gaudeant se ad tempus dissolu-
Sciunt hanc se uitam consecuturos: quae boni iudicio caret: & facti-
sionem non habet; Quam scilicet si mecum exoptatis: petat se hinc dissolu-
ut irret in pace: id est uitam: quae nullam patitur inquietudinem;
Et hoc donum a deo p xpm nobis datum dnm nrm testatur: Ut deo patri
gratias p nullum alterum: nisi p filium eius agamus; An ignoratis fratres
mei: scientibus enim legem loquor: ut animos illorum firmet in doc-
trina diuina: exemplo humane legis uicetur: ut pter terra suadet celesti-
a: sicut a mundi creatura de agnoscitur; quia enim a uiuente totam licet
dicit se sint res: ex aliqua tamen parte sibi inuicem similes sunt; Sciunt
ergo legem romanam quia non sunt barbari: sed comprehendunt na-
turalem iustitiam: partim ex se: partim ex grecis: sicut greci ex hebre-
is; Quamuis enim ante moysen non latuerit lex: sed ordo non erit

neque auctoritas. Nam leges romanas ex athenis perlatas sunt; non ignorantibus
 ergo legem dicit; Quia lex dominatur homini quanto tempore uiuit.
 Non est occultum. omnem uitam hominis esse sub lege naturae que datae mun-
 do. haec lex generalis est; Nunc uero aliam proponit specialem. quamuis supra
 generalis sit. sed dum non recipitur ab omnibus; fit specialis. per quam uult
 probare adseruionem suam. Gradatim enim uult tradere ueritatem. Dic-
 tum; Nam que sub uiro est mulier. uiuente uiro. alligatae lege uiri; quod si
 mortuus fuerit uir eius. soluta est a lege uiri; Igitur uiuente uiro uocabitur ad-
 altera si fuerit iuncta alteri uiro; Haec lex de cuius uangelio est non ex moysi sineque
 ex iustitia terrena; aliquid ergo ducit natura. aliquid ex lege moysi ad-
 discentes perfecti facti sunt per cuius uangelium christi; Sequenti ergo exemplo
 ipse uis suadet christiani. nimum ex uiam esse a lege factorum non ab omni
 lege; Nec ultra iam expedire esse sub lege; quia di gratia liberauit hominem
 a lege. ut spiritu id est mente seruiat deo; Sicut enim mulier mortuo ui-
 ro liberae a lege uiri non a lege nature. Ita & hi gratia dei liberati a lege
 aqua tenebantur rei. ut mortua illis sit & christiani uino iuncti sint ad-
 altere; sicut in lege apud illos uiuunt. adulteri sunt. & nihil illis perderit di-
 ci christianos. quia obnoxu erunt ultioni; Nec enim legis erit adulter
 sed cuius uangelii quia mortua lege iunctas cuius uangelio. post redit ad le-
 gem; Mortua autem lex dicitur. quando quem tenebat reum. ignotum est ei
 auctoritate legis cessante; Quod si mortuus fuerit uir. liberae a le-
 ge uiri ut non sit adultera si fuerit iuncta alteri uiro; Sublata a lege
 accepta remissione peccatorum. & iuncti cuius uangelio. non sunt adul-
 teri legis quia mortua apud illos est; sicut seruiantes legem accede-
 re se putant ad cuius uangelium. rei erunt adulteri; quia uiua lege
 uiuunt se fidei. erunt in ueroque adulteri; Itaque fratres mei & uos morti-
 ficati estis legi per corpus christi; Quo saluator corpus suum diabolo crucifi-
 gere permisit. sciens esse pro nobis contra illum; Idcirco per corpus christi saluos nos dicit
 factos; mori enim legi. uiuere est deo quia lex dominatur peccatoribus; Cuius ergo

negatiua non di uacuet reuertit sub lege

dimittantur peccata mortui legi hoc est liberari a lege; itaque pro corpore christi hoc conse-
quimur beneficium; Tradens enim corpus suum saluator mortem uicit & pecca-
tum damnauit; In ipso enim peccauit diabolus cum illum innocentem occidit. et
qui peccatum omnino nesciuit; Cum enim hominem sibi peccati causa defende-
ret inuentus est reus in eo in quo accusabat; hinc factum est ut omnes credentes in christum
eruantur a lege sublato peccato. Quia uictum peccatum quod est diabolus
pro corpore christi non habet auctoritatem in eos qui ad illum pertinent. a quo uic-
tus est; dum enim non peccat & occiditur quasi reus uicis peccatum de peccato.
hoc est diabolus proprio peccato quod in eum admisit damnauit. & erro-
gram quod peccato adae decretum erat deluit. quando ab inferis resur-
rexit. Data huiusmodi forma credentibus; sibi ut amara secunda teneri
non possent; Ac hoc mortui sumus legi pro corpore christi; qui enim legi mortui
non fuerit reus est; & qui reus est secundam mortem euadere non potest.
Ihesus alterius qui ex mortuis resurrexit ut fructificemus deo; hoc
dicit quia ideo mortui sumus legi ut decetero christi simus seruis solius. & hoc
est fructificare deo; Adquiratur enim deo qui in gratia eius manet dig-
nus resurrectione promissa; Cum enim essemus in carne; cum in
carne sit. negat se esse in carne; Est enim incorpore. quia hic dicitur
esse in carne. qui aliquid sequitur quod lege prohibetur; Igitur in car-
ne esse multis modis intelligitur; Nam omnis in creatura in carne est
id est carnalis; & christi animus sub lege uiuens in carne est; & qui de ho-
minibus aliquid sperat in carne est; & qui male intellegit christum in car-
ne est; et si quis christi animus luxuriosam habet uitam in carne est; Hoc loco
tamen in carne esse sic intellegamus quia ante fidem in carne eramus; sub
peccato enim uiuebamur hoc est carnales sensus sequentes. uitas & peccatis
subiacebamur; sensus autem carnis est non credere in spiritualia id est sine
com mixtione uirginem peperisse & ex aqua & spiritu hominem de uero
nasci & solutam animam a copula carnis rursum in carne surgere; De his
dissidens in carne est; Hinc uitas aut peccatorum que pro legem ostendunt

operabantur inquit in membris nostris ut fructificarent mortu; Manifeste
 tamen quia qui non credit sub peccato agit & captiuus trahitur ad uitia ad
 mit tenda ut fructum faciat mortu secundae. Lucrum enim tunc facit
 mortuum peccat ut; In membris tamen dicit uitia operari non in corpore
 nec occasio est male tractantibus corpus; quia in mali loquio lingua ar
 guitur; & in furta manus corripitur; & in die simulantes aures incre
 pantur; Et ita in ceteris quamuis de corde exeant membrorum tamen
 ministerio expleantur operibus; Disputatio haec tangit iudaeos et eos qui xpi
 ani dicuntur & sub lege uiuere uolunt; Ut et discentes carnales se esse se
 cedunt a lege; Uitia tamen peccatorum que dominari in carne agentibus
 dicit plegem ostendi non plegem fieri demonstrat; Index enim peccati lex est
 non genitrix reos faciens peccatores; Nunc autem soluti sumus a lege mortis
 In qua detinebamur; Soluti sumus a lege dum remissionem peccatorum ac
 cepimus; non enim habet in nos potestatem; In fide enim & peccatoribus domi
 nat; Lex autem mortis ideo dicitur quia punit reos mortificat peccatores;
 non ergo mala est sed iusta; quoniam uis enim malum sit peccatoribus; quod infertur
 peccatoribus a lege sed illa non est mala quia iuste infert iram; itaque non ma
 la est sed iusta; bonus uero spiritalis est; quis enim dubitat & spiritale esse prohibere
 peccare; sed quia hoc non potuit ut saluaret hominem remittendo pec
 cata; Lex fidei data est que credentes liberaret a domino legis ut possint
 reparare se ad uitam; quos lex tenebat reos mortis; Ipsa enim lex mortis est
 quibus ira operatur causa peccati; Ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non
 in uetustate littere; Hic legem tangere putatur quam quidem ad compa
 rationem legis fidei inferiorem facit non tamen inimicam iudicat; Nam
 ideo dicit nos erutos a lege mortis ut seruiamus legi fidei que nobis
 presidium contulit salutare; quod uetus lex non potuit ne gratiae be
 neficium in uita uideamur; legi ueteri seruiantes; Lex uetus non crimi
 nis uis; nomen est sed temporis & etatis; seruauit enim quia cessauit; Lex
 autem spiritus ipsa est lex fidei quia fides in uiam non est nec operibus addiscitur sed

corde creditur. & mens ipsa intellegit nature suae. et quod credit. Nec
oculis certatur. aut manib; palpatur; Et que sperantur dona non uisi-
bilia sunt nec terrena. sed spiritalia; uetus ergo lex. in tabulis lapideis
formata est; Lex aut sps in tabulis cordis spiritaliter scribitur. ut sit ae-
terna; litere aut legis uetris. etate consumuntur; est & aliam
interpretatio. Lex sps. ut quia prior lex ab opere malo imbuunt. hec au-
cum nec in corde peccare debere dicit. Lex sps uocatur. ut totum ho-
minem faciat spiritalem. Qui ergo dicemus. Lex peccatum est. absit.
Qm legem mortis hanc dix. & erutos nos ab ea gratulatur. & illa
do seruii negat. Ne inquam hanc adserere putaretur. hoc purgat
cum dicit. absit. Sed peccatum non cognouimus legem. Non ergo
peccatum est lex sed index peccati. Ostendit enim & que latebant
peccata & quia non in pene futura essent apud dm; quo comper to
homo. factus est reus. & ideo non uidetur gratias agere legi; Quis eni
libenter habeat eum. qui sibi poenam imminere adnuntiat; Legi au-
fidei gratias agit. quia qui p legem moysi reus factus est. per legem
fidei reconciliatus est do; quam uis & illa iusta et bona sit. osten-
dere & enim imminens periculum bonum est; sed huic magis gratias
agit. per quam erectus de periculo uiuit; Nam concupiscentiam
nesciebam. nisi lex diceret in exodo; non concupisces; Non discre-
uit concupiscentiam hanc a peccato. sed miratur; hoc significans
quia cum nec suspicio quidem est. istud non licere apud dm; cog-
no ui inquit est peccatum; sub sua persona quasi generalem agit
causam; Lex itaq; concupiscentiam prohibet. que ppter ea quod ob-
lectamento est non putabatur est peccatum; simplex enim uide-
batur causa. cum concupiscitur aliquid pximi; hoc lex p didit
est peccatum; Secularib; namq; hominibus nihil tam inultum
uidetur & placidum. quam uoluptas; Occasione ergo accepta
peccatum per mandatum. operatum est in me omnem concupis-

centiam, omnem dicens concupiscentiam cuncta peccata significat,
 supra enim concupiscentiam iuxta legem memorat. cui nunc cetera ad
 dens uita, omnem dixit concupiscentiam operatam in homine impulsu
 diaboli. quem in peccato significat. ut in contrarium fieret hominilex que
 data erat ut pdesset. Videns enim diabolus auxilium plegem homini
 pro uisum. quem in conditione se. tam ppter peccatum adae. quam
 ppter ipsius habere gratulabatur. intellexit factum aduersum se;
 quem uidit enim factum sub lege. pro certo habuit de suo sublata
 domino; Agnouit enim homo. quomodo poenam inferni euade-
 ret; Hinc exarsit iracundia aduersus hominem. ut illi legem in-
 uerteret. ut prohibita admit tendo. dm rur sus offenderet. & de-
 nuo in potestate diaboli caderet; Coepit n imperare. sed subtili-
 ter fallere. quo lege data amisit dominium diabolus; sciens de cete-
 ro hominem ad diuicium pertinere; Sine lege enim peccatum mor-
 tuum erat; Hic duplici genere intelligendum e. ut et diabolum in
 peccato sciat significatum. & hoc ipsum peccatum. quod uocatur pec-
 catum; Mortuum enim dicitur fuisse diabolus. quia cessabat ad
 inlusionem hominis ante legem; Sed erat quasi quietus. securus enim
 erat de possessione ei; Peccatum aut mortuum dixit. quia putaba-
 tur quod non imputaretur. apud dm; Ideo. quod hominem mor-
 tuum erat. quasi impune peccaretur; Nam non latebat peccatum
 sicut supra dixi; Sed hoc ignorabatur. quia ds iudicaturus est.
 Quod cum data lege manifestum e reuixit peccatum; Quare
 reuixit. nisi quia ante uixerat. & postea desidia dominum. mor-
 tuum aestimatum e cum uiuere. Putabatur enim n imputa-
 ri peccatum. cum imputaretur; Uti uent ergo p mortuo habebat;
 Ego aut uiuebam aliquando sine lege; Quid est sine lege uixisse
 cum lex semp fuerit. sicut supra memorauit. nisi quia sine timo-
 re di homo uiuebat. securus quod non e ds iudicaturus actus

hum. uos. Sed cum uenisset mandatum peccatum reuixit. Ideo dixit reu-
xisse peccatum. ut significaret quia ante uiuerat. postea autē desidia hominū
mortuum aestimatum ē cum uiueret. Sicut ad solet falsā fama fieri peregrini-
m; hoc ergo significat quod inuitis non latuerit peccatum imputari apud
dñm. hoc est uixisse. Sed cum consuetudo peccandi hoc obliterasset. mor-
tuum aestimatum ē. ut crimen cum p̄sona deficere putaretur. Cum
autē dicta eēt lex uel re formata reuixit apud eos. apud quos mortuū
aestimatum erat. Coeperunt enim scire imputari peccatum. Ego autē
mortuus sum. Mortuus ē homo. quia uidit se reum eē apud dñm. qui
ante se putabat non futurum obnoxium. ex his que peccabat. Et inuen-
tum ē mihi mandatum quod erat ad uitam datum. hoc eē ad mortem. ue-
rum ē. quia lex ad uitam data ē. sed cum hominem non solum de preteri-
to. sed & de futuro peccantem reum fecit. facta ē lex data ad uitam.
eē ad mortem. Sed ut dixi peccanti. quia oboedientib; p̄fectē ad uitā.
Nam peccatum accepta occasione p̄ mandatum. seduxit me. & p̄
illud occidit. peccatum hoc loco. diabolum intellegem qui auctor
peccati ē. hic occasionem inuenit p̄ legem. quomodo dicitur delitauit
suam de nece hominis satiaret. Ut quia lex dominata ē peccatorib;
homo instanc tu eius p̄hibita semp̄ admittit. offenso dō. ultionem le-
gis incurrit. ut ab ea que illi p̄ futura data erat clam naretur. quia
enim inuito illo lex data ē. ex ar sit inuidia aduersus hominem. ut
eo amplius uoluptatib; uitiosis macularē. ne manus eius euaderē.
Itaq; lex quidem sc̄a & mandatum sc̄m et iustum & bonum. Ut
nihil suspicionis aduersus se remaneret in lege. Sic illam commendat. ut n̄
solum iustam hanc. sed et sc̄m & bonam p̄nuntiet. Nam mandatum
legem intellegi. euangelicus sermo testatur. ait enim. Si uis ad uitam
uenire. serua mandata. Quod ergo bonum ē mihi. morse absit.
Uere absit. unde enim fieri potest. ut quod bonum eē p̄batur. mors
intellegatur. Sed peccatum ut appareat peccatum. per bonum mihi

operatum ē mortem; Diabolum p̄ bonum occasionem dicit accepit se ut ma-
